



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Legia Catholica

Roberti, Johannes

Leodii, 1633

58. Alexander.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64596)

LVII. ALBERO.

CAnonicos Regulares constituit in Ecclesiâ S. Ægidiij, in Mõre publico. Ædificauit Monasteriũ Ordinis Præmonstratensis in Castello Cornelij. Mõtis: & in Cœmeterio S. Dionysij, Parochialem Ecclesiam S. Aldegundis: in Claustro verò S. Petri, Ecclesiam SS. Clementis, & Trudonis.

LVIII. ALEXANDER.

Contra Godefridum, Ducem Louaiensem, cædibus, rapinis, & incendijs Leodiensem Episcopatum vexãtem pugnatus, S. Lamberti opem, orationibus, & ieiunijs obtinuit: & copijs licet longè impar, eius exercitum fudit, & fugauit, labaro eius capto, quod multis post

pōst annis, Leodiensis Clerus
in publicis Processionibus, vi-
ctoriæ, & nobilis Triumphū
monumentum gestitavit.

Nouū Monasterij, prope
Hoyum, Alexander Ecclesiam
perfecit, dedicauit, muneribus
exornauit, & auxit; calice in
primis nobili ad Sacrificium.

Fundamenta iecit Monaste-
rij Floreffiensis, prope Namur-
cum. Eiusdem authoritate, fun-
datum est, iuxta Ecclesiam S.
Christophori, Hospitale Koki-
norum, Ordinis S. Augustini:
quod regi, & visitari voluit ab
Abbate S. Laurentij.

Huius Alexandri tempore,
circa annum Dñi 1130. erāt
in Ecclesiā S. Lamberti Leo-
dij, Canonici summo genere
prognati, Regum Filij nouem:
Ducum quatuordecim: Comi-
tura

rum viginti nouem: Baronum septem. Quorum nomina Brui- stemius locuples author, sigil- latim recenser.

LIX. ALBERO II.

DEbet huic Ecclesia Leodien- sis recuperata multa deper- dita, ab improbis, tamquam abigeis, auersa. Inter hæc prin- cipem locum obrinet Castrum Bullonium, à Raynaldo Co- mite, contra ius, & fas, tyranni- cè occupatum. Debetur hæc expeditio post Deum, potissi- mū, ac soli fere S. LAMBERTO: cuius Corpus in Castra dela- tum, effecit, quod nulla huma- nâ vi, aut industriâ effici posse videbatur. Vnde & meritò in Ecclesiâ Leodiēsi, ab annis iam quingentis, festum agitur, cui *Triumpho Bullonico* nomen est.